Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift



puellam fuisse testantur. intelligas hebreo more locutū esse
matheū. Nam & alius scripturarum locis hoc inuenit. non eas
tantum que uirū passe fuerant. s; omino feminas etiā intactas
atq; integras mulieres appellari. sic de ipsa eua scriptum est. for
mauit eam in mulierē. & illud in libro numeroꝝ. ubi iubent
custodire mulieres que nescierū cubile masculi idē uirgines. ne
interficiantur. Qua locutione & paulus ipsū xp̄m ait factū
ex muliere. hoc enī melius intelligimus. quam ut illā. xii. annoꝝ
iam nuptā uel uirū expertā fuisse credamus. Seqr̄ g̃ mathe & dic.
Et transeunte inde ihu. secuti sunt eū duo ceci. clamantes & di
centes. Miserere nr̄i fili dauid. & cetera usq; ad illud ubi ait.
Pharysei autē dicebant. in principe demonioꝝ eicit demones
hoc de duob̄ cecis & de muto demonio solus matheus ponit. Illi
enim duo ceci de quib; & alij narrant. n̄ sunt isti. s; tam̄ simile
factum ē. ita ut si ipse matheus n̄ etiam illius facti meminisset
posset putari. hoc quod nc̄ narrat dictum fuisse etiam ab illis
duob̄. Quod cōmendare memorie debem̄ diligenter. ēē quedā
facta similia. quod pbat̄ cum idem ipse euangelista utrumq;
cōmemorat. ut si quando talia singula apud singulos in
ueniremus. atq; in eis contrariū quod solui n̄ possit. occurrat
nobis n̄ hoc ēē factū. s; aliud simile uel similiter factum.
Sane deinceps n̄ apparet ordo rerum gestarum. Nā post hec
duo facta de cecis & muto. ita seqr̄. Et circuibat ihc ciuitates
om̄s & castella docens in synagogis eoꝝ. & p̄dicans euangliū
regni. & curans omnem languorem. & omnem infirmitatē.
Videns autē turbas misertus est eis. qui erant uexati. & iacen
tes sic oues non habentes pastorem. Tunc dic̄ discipulis suis.
Messis quidē multa. operarij autē pauci. Rogate ergo dn̄m messis.
ut eiciat operarios in messem suam. Et conuocatis. xii. discipl̄is